Quelle: https://manuscripta.at/?ID=232
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



dominatis potestati maris motui autem fluctuum eorum mitigas
Tu humiliasti sicut vulneratum superbum in brachio
virtutis tue dispersisti inimicos tuos Tui sunt celi et tua
est terra orbem terre et plenitudinem eius tu fundasti aquilonem et mare tu creasti Tabor et hermon in nomine tuo
exultabunt tuum brachium cum potentia Firmetur manus
tua et exaltetur dextera tua iustitia et iudicium preparatio
sedis tue Misericordia et veritas precedet faciem tua
beatus populus qui scit iubilationem Ne in lumine vultus tui am
bulabunt et in nomine tuo exultabunt tota die et in iustitia
tua exaltabuntur Quia gloria virtutis eorum tu es et in be
placito tuo exaltabitur cornu nostrum Quia domini est assum
ptio nostra et sancti israel regis nostri Tunc locutus es in visione
sanctis tuis et dixisti posui adiutorium in potente et exaltavi
electum de plebe mea Inveni David servum meum oleo
sancto meo unxi eum Manus enim mea auxiliabitur ei et
brachium meum confortabit eum Nichil proficiet inimicus
meus et filius iniquitatis non apponet nocere ei Et conte
ram a facie ipsius inimicos eius et odientes eum in fugam vertam
Et veritas mea et misericordia mea cum ipso et in nomine meo exal
tabitur cornu eius Et ponam in mari manum eius et in flu
minibus dexteram eius Ipse invocabit me pater meus es
tu deus meus et suscipitor salutis mee Et ego primo
genitum ponam illum excelsum prae regibus terre In eternum
servabo illi misericordiam meam et testamentum meum fidele ipsi
Et ponam in seculum seminem eius et thronum eius sicut dies
celi Si autem dereliquerint filii eius legem meam et in iudiciis
meis non ambulaverint Si iustitias meas profanaverint
et mandata mea non custodierint Visitabo in virga
iniquitates eorum et in verberibus peccata eorum Misericordiam
autem meam non dispergam ab eo neque nocebo ei in veritate